2

Laus Deo Omnipotenti
et
Divo Gaudentio

Dubium

An Collatio Ecclesiae Parochialis Terrae Gattici danda sit R. D. Carolo Octavio Vandono seu potius R. D. Carolo Mauro Pagano.

Danda est Collatio Ecclesiae Parochialis Terrae Gattici R. D. Carolo Mauro Pagano, non autem R. D. Carolo Octavio Vandono Adversanti quia Ius, quod nititur d.us R. D. Paganus totaliter evertit quidquid supponit et reducitur per d.um D. Adversantem ut in sequentibus ad evidentiam demonstratur.

Et Ius, quod d.us R. D. Paganus nititur in hac causa scatet ex nominationibus de sui persona factis et coram ordinario praesentatis a duobus Patronis dicti Beneficij: nimirum a D. Joe Carolo et a Joe Baptista Xaverio Patre et respective filio de Gatticis constituentibus in hoc casu duo vota quae pluralitatem votorum valde superat nominationem factam a R. D. Ignatio Fran.co de Gatticis de persona dicti R. D. Caroli Octavij Vandoni cum ex ea unicam dumtaxat vocem habere valeat d.us R. D. Vandonus. Quocirca iuxta Iuris regulam Collatio debet ei qui habet plures voces Rot. coram Cavaler. decis. 368. et decis. 427. utrobique n.o 5.o quas refert Pitt. decis. Gran.o fin.

FONDAZIONE MARAZZA

Licet ex adverso excipiatur, quod nominatio et praesentatio dicti D.
Joannis Caroli de Lattiis de persona dicti R. D. Pagani
attendenda non sit ex causa periurij comissi à d.o D.
Joanne Carolo contraveniendo nominationi cum iuramento
praecedenter ab eodem Joanne Carolo stipulatae favore R.
D. Josephi Massarae.
Quoniam d.a exceptio satis veroluit, dicendo quod de iure
potest quis se penitere et ad aliam nominationem devenir:
:ire revocando primam Lotar. de benef. p.e 2. cap. 3. n.o
235. cum seqq.
Et in praecisis terminis, quod nominatio secunda sustineatur
in praejudicium nominationis antecedenter factae, licet
Patronus contraveniendo primae efficiatur periurus Vi:
:vian: de Iurepatro: p.e 2. lib. 11. cap. in fine ibi —
Quamvis alias valeat actus factus contra proprium
iuramentum, licet faciens efficiatur periurus per glos.
in cap. ult. verb. revocatus de procurat. lib. 2. Felin in
cap. dilectus n.o 20. et seqq. ubi doctores de praebend. Alex.
Cons. 16. n.o 3. lib. 3.
Tanto magis quia nominatio dicti R. D. Massarae est actus im:
:perfectus, cum de sui natura non influat ius in re,
tum etiam quia de tempore revocationis nominatio
dicti Massarae praesentata non erat cum Ordinario ut
pro revocatione actus imperfecti sufficit. Seraph.
de iuram. privileg. 71. n.o 10. in fin. et n.o 12. et sign:
:anter n.o 11. ff. sed contra rigor. tex. in L. quoties
Cod. de rescind. vend.

Et ulterius quia d.us R. D. Carolus Octavius Vandonus caret
actione proponendi exceptionem periurij, tum quia agitur
de supposito periurio absque dolo et perfidia, quibus
deficientibus Rota sustinet non adesse periurium
mentis. decis. 221. n.o 1. cum seqq.
Tum etiam quia de iure non permittitur huiusmodi exceptio
nisi quando per sententiam periurium iudicialiter sit
declaratum et de eo ante litem principaliter sit agi:
:tatum Seraphin. sup.a cit. privileg. 174. n.o 17. et 18.
Verum etiam quia talis exceptio non competit tertio, sed dum:
:taxat R. D. Josepho Massarae, cuius nominationem per:
:cutit allegatum periurium. Tertij quia etiam respectu
dicti R. D. Massarae proponi non potest, cum huiusmodi
exceptio remaneret extincta, quia d.us R. D. Massara re:
:manet sub censura accusatae contumaciae Ret. coram
Eregou. decis. 64. n.o 11.
Qua de re cum exceptio periurij pro parte d.i R. D. Vandoni
deducta nullo modo valeat infringere nominationem et
praesentationem dicti D. Joannis Caroli Lattii de persona
dicti R. D. Pagani, tanto minus infringere valebit nomi:
:nationem et praesentationem quam d.us D. Joannes Carolus
nomine Joannis Baptistae Xaverij eius filij accumulavit.
Quia (dato, non autem concesso) quod d.us D. Joannes Carolus
esset periurus, adhuc pro filio stare potest in iudicio
praesentando procuratorio nomine. Sunt verba Ser:
:aph. de privil. iuram. privileg. 174. n.o 17. ibi —
Tertio limita, verum esse quando auctor periurij

FONDAZIONE MARAZZA

ageret nomine proprio, secus si procuratorio.

Nec valet quod pars Adversa alterius exceptione opponat quod d.us infans non possit habere vocem vivente eius Pa:tre allegando certam consuetudinem seu modum praesentan:di vire filiis, quia quidquid sit de ass. consuetudine seu modo, senariis potius quam possessoriis iudicium re:quirentes, concordando cum protestatione partis Adversae excludendi in praesenti iudicio petitorium, et examinan: dumtaxat possessorium. huius quaestionis decisionem dat ultimus status per tex. in cap. consultationibus de iure patro: Gonzalez: ad reg. 8. Cancellar. glos. 5. n. 2. n.o 14. Rot. coram Pir. decis. 38. n.o 4. et decis. 44. n.o 17.

Sistendo igitur in petita manutentione, ab utraque parte deside:rata, si quidem manutenendus est ultimus status non autem penultimus, et antepenultimus ut ad d.o sup. Ponit. Rot. coram Pir. decis. 469. n.o 5. Lotter de re Benefic. Lib. p.o quest. 34. n.o 26. et 29.

Tanto magis quia ultimus status habet requisita à Sacra Rota in similibus Canonizata: nimirum Partis confessionem, rem iudicatam et instrumenta publica Rot. coram Pir. decis. 386. n.o 7. et 8. decis. 219. n.o 22.

Confessio Patronorum satis elucet, quia dicti Patroni prae:sentaverunt tamquam de familia, tam in ultimo statu quam de praesenti. hic etiam quia omnes de familia tam de eo tempore viventes praesentaverunt per capita, quorum confessio firmat statum ut omnes de

de familia habeant ius. Rot. decis. 225. n.o 31. coram Pir.

Et huiusmodi confessio magis adaugetur per modernos prae:sentatos, praesertim per d.m R. d. Vandonem Advers:antes, qui tam in praesenti iudicio, quod coram Sm.o D. N.ro Clemente undecimo fatetur hoc ius esse familiare etenim confessio collitigantis super qualitate gen:tilitia, et familiari beneficij firmat statum Barat. decis. 708. n.o 4. vers. nec aliqua Cavaler decis. 33. n.o p.o et decis. 608. in iuniori. vers. et approbat Bellemer. decis. 268. et decis. 595. quas refert Pir. decis. 34. n.o 5.

Res autem iudicata patet ad evidentiam, quia d.us ultimus sta:tus de eo tempore controversus solutus est rem iudicatam Canonizantem qualitatem gentilitiam et familiarem dicti iuris pa:tronatus excludendo extraneum sti Ven. Fabricam Eccle:siae Laurentij de eo tempore praetendentem medietatem dicti iurispatronatus, quia erat heres R. d. Ioan.is M.ae Cattici ex compatronis dicti iurispatronatus, quae sententia in iudicatum transacta si quidem si de iure facit st:atum quo ad petitorium, quanto fortius quo ad possesso:rium super modo in futurum praesentandi ita ut omnes de familia in vim qualitatis gentilitiae et fam:iliaris praesentare possint Rot. coram Vivian. de iure patro: decis. 84. n.o 4. et coram Pir. decis. 318. n.o fin. de Luca de iurepatro: disc: 17. n.o 23. discursus 18. n.o 13. disc. 4. n.o 3. et disc. 20. n.o 6. et 7.

FONDAZIONE MARAZZA

Et in terminis sententiæ excludentis heredes extraneos præ=
:tendentes iudicialiter ius patronatus gentilitium firmat
Rot. coram Priol. decis. 115. n.° 24.

Instrumenta vero quæ canonizant d.as qualitates gentili=
:tias et familiares non desunt nam præd. instrum=
:entum de mandato D. Cipriani Comi Bonibus Commi=
:ssarij et Apostolici delegati in publicam et authe=
:nticam formam stipulatum de anno 1493. asistunt
visitationes præcitatæ Ecclesiæ factæ tam per Epi=
:scopos Antecessores quam per modernum etiam post
ultimam provisionem dictæ Parochialis ad instrum=
:entum redacta manifestant hoc ius esse de iure patro=
:natus familiæ dominorum de Gattis quibus visitat=
:ionibus valde deferetur. Rot. coram Ubald. decis. 29.
n.° 11. et coram Cerin decis. 229. n.° p.° Priol. decis.
316. n.° 18. et 19. Lotter de re benefic. lib. 2. quest.
13. n.° 141. Ottobon. decis. 224. n.° 11. Quæ verba
familiæ sive domus in similibus valde operantur
dixit Rot. coram Priol. decis. 119. n.° 8. de Luca de
iurepatro. disc. 26. n.° 8. vers. secondo quia et
disc. 25. n.° 3. Vivian de iurepatro. p.a p.ma lib. 4.
cap. 9. n.° 3. et 6. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest.
12. n.° 8.

Maxime quia d.a instrumenta ad dictamen ordinarij
remanent stipulata cui danda est fides quia ordi=
:narius pervenit in formatus de qualitate benefi=
:ciorum propriæ diœcesis Rot. coram Bich. decis. 382.

n.° 1. Cavalier decis. 55. n.° 2. Merlin decis. 41. n.° 2.
Quibus stantibus, cum præd.a non recipiant censuras
et limitationes, ut iuris est non potest pars Adversa
prætendere manutentionem vigore duarum collationum præ=
:citati beneficij quarum una est penultimi status sub die
4. Xbris anni 1659. altera vero est ante penultimi status
sub die 1. Februarij anni 1676. nedum quia involverent re=
:gulam ultimi status ab omnibus inconcusse canonizata et
observata ut doctum fuit, verum etiam quia dictæ duæ collatio=
:nes recipiunt exceptiones et limitationes

Et p.° quod d.æ collationes productæ fuerunt vig. de anno 1692.
coram R.mo D. Aicimo de Alignis tunc Vic.° G.li huius Ep=
:iscopalis Noriæ ad eff.m præcisum involvendi ultimum
statum et qualitatem gentilitiam et familiarem huius iurispa=
:tronatus ubi sortitæ sunt illarum reiectionem et sententiam
contrariam de qua supra

Secondo quia d.æ duæ collationes non sunt sufficientes ad induce=
:ndum modum et consuetudinem ex ad.° suppositam veritem=
:ibus iuribus supra deductis, tum quia in similibus debent
variatus quamplurimi et plures geminati ut docet Bald.
in cap. fin. n.° 30. de consuetud. Lotter de re benefic. lib. p.°
quest. 21. n.° 121, verum etiam quod iustificatio allegatæ con=
:suetudinis sit certa non autem equivoca Rot. coram Priol.
decis. 119. n.° 22. et non difformis ab antecedentib. et sub=
:sequentibus collationib. ut in casu præsenti Rot. coram
Priol. dicta decis. 119. n.° 22. et s.m cit. Lotter n.° 114
quæ difformitas ponitur in patulo quia d.æ collationes repugnant

FONDAZIONE
MARAZZA

ultime collationi, quæ est ultimus status, et alterius repugn:
:nant collationibus antecedentibus annorum scilicet 1538
et 1539. in quibus legitur quod Nepotes cum Patruis et
:teris collateralibus d.æ familiæ præsentaverunt per
capita, quod satis est, ut qualitas gentilitia dicti iuris
patronatus impugnari non possit dicit Rota ibi. —
Præsentationes Nepotis proprijs nominibus absq. ulla
differentia simul cum Patruis inducunt ius patronatus
esse gentilitium decis. coram Prid. 159. n.o 3. fortius
accedente re iudicata ut s.a doctum fuit.

3.o quia d.æ collationes, si ex ad.rio perpendantur, utiq. repugn:
:ant validitati et substantiæ nominationis d.i R. D. Vari:
:doni Ab.tis nam si præsentationes deberent recipere
modum a præcitatis collationibus ut ex ad.rio supponitur
unicus deberet esse patronus ex tota Familia licet
adessent collationes et filij, et unicus patronus deberet
præsentare exclusis reliquis: consequenter R. D. Ign:
:atius Fran.cus Gattus, qui de præsenti præsentavit
d.um R. D. Vandonum præsentare nec nominare non po:
:tuisse existente d.o D. Ioe Carolo qui ætatis est maior
Quibus stantibus nil plus accumulari potest favore præ:
:sentationum factarum de persona R. D. Pagani po:
:nderando quod existunt collationes antiquæ . . .
statio moderna hoc est ultimus status qui est manut:
:enendus. Et ideo ver iudicata et iudicatis narrativa ch
instrumenta et ad visitationum præcitata Calenda per
Episcopos et specialiter per modernum, et quod magis est

post d.um ultimum statum stipulatam. Et confessiones mo:
:dernorum præsentantium, et signanter confessio d.i R. D. Ign:
:atij Francisci Gattici præsentantis R. D. Vandonum. Et
confessio eiusdem R. D. Vandoni pluries repetita coram
Ordinario, quam coram Pontifice. Et tot alia iura desuper
deducta et allegata quæ in unum concordant et cuiq. pro:
:bant et manifestant d.am qualitatem gentilitiam, et fa:
:miliarem dicti iuris patronatus habere locum tam in petitorio
quam in possessorio, et ideo manutenendam favore D. Iois
Bap.tæ Xaverij Gattici adhuc infantis, qui iure pro:
:prio, et ex persona propria succedit

Nec obstat quod in præcitatis collationibus ex ad.rio productis filij
viuente Patre non præsentaverint quia perinde non se:
:quitur exclusio d.i infantis moderne præsentantis ex pluribus
P.o quia firmata qualitate gentilitia, innegabile est quod filij
viuente Patre sint Patroni et possint cum Patre iure
proprio præsentare, ut docent omnes beneficialistæ, et
signanter Gratian discept. foren. cap. 521. n.o 23. Vivian
de iurepatro. p.e 3. lib. 14. cap. 2. n.o 64. Rot. coram Prid.
decis. 46. n.o 11 cum seqq. quia ius patronatus gentilitium et
familiare commune est omnibus de familia per tex. in l. cum
ita § in fideicomiss. ff. de legat. 2. Vivian. de iurep:
:atro. lib. 4. cap. 9. n.o 36. et lib. 14. cap. 2. n.o 42. et 43.
Rota apud Vivian. lib. 4. cap. 9. n.o 55.
Secundo quia dato etiam quod filij de tempore dictarum collationum
non præsentaverint viuente eorum Patre perinde non
sequitur eorum exclusio quia præsentato Patroni præsentat et

FONDAZIONE
MARAZZA

possessionem et ius alterius compatroni non praesentantis iuxta Cons. Caldevin. 15. de iurepatro: Burgov. decis. 417. n.° 9. cum seqq. ubi addens n.° 15. Vivian de iurepatro: lib. 5. cap. 4. n.° 44. Gratian. discept. 177. n.° 16. eo magis quia agitur de iurepatronatus gentilitio, ubi acquiescentia antecessorum non praeiudicat successoribus Vivian. de iurepatronat. lib. 14. cap. 2. num.° p.° n.° 24. et lib. 4. cap. 9. n.° 6. et 7. Rot. coram Buratter. decis. 251. n.° 13.

Ratio est, quia successores veniunt iure proprio dicit Rot. coram Priol. decis. 46. n.° 24. et 25. de Luca de iurepatro. disc. 32. n.° 16. tanto magis quia non constat quod filii antecessores de eo tempore existentes fuerint exclusi una cum eorum patientia et expressa prohibitione de Luca de benefic. disc. 9. n.° 6 cum seqq. Rot. decis. 186. p.e 12. rec.

Non obstant litterae Apostolicae per d.um R. D. Vandonum subreptae pro asserta derogatione medietatis vocum Patronorum ex regula generali quod quando huiusmodi litterae non verificantur nullius sunt roboris et momenti dicit Rota in Comen. Beneficii coram Priol. decis. 115. n.° 11. Ubi — Tum quia cum fuerint obtentae litterae Apostolicae pro derogatione medietatis vocum Patronorum praecisa narrativa quod a medietate patronorum fuerit praesentatus et huiusmodi assertio nullo modo iustificetur, necnon asserta dispensatio ut subreptitia nullius roboris et momenti reputatur et exequibilis.

Et in casu praesenti non verificantur d.ae litterae Apostolicae quia si praetendit d.us R. D. Vandonus meriti ius suum iuxta modum praecitatarum collationum annorum 1659. et 1675. ab eodem productarum, siquidem d.us R. D. Vandonus eas non verificat, cum a nemine dicitur praesentatus ut supra doctum fuit. Ratio est quia in ultimo dictarum collationum R. D. Ignatius Franciscus Gattius, qui praesentavit d.um R. D. Vandonum nullum habet ius praesentandi cum illud dumtaxat spectet unico Patrono hoc est d.o D. Joe Carolo de Gattis qui aetate est maior. Sin vero d.us R. D. Vandonus meritus ius suum ex ultimo statu, cuius vigore d.us R. D. Ignatius Fran.cus Gattius est in possessione praesentandi, insimul cum d.o D. Joe Carolo eius fratre utique debet istis recedere a dictis collationibus et pernecesse tenetur admittere d.um infantem ad praesentandum cum ad mensuram d.i ultimi status rursus omnes de familia praesentare possunt, coadiuvante qualitate gentilitia et familiari d.i iurispatronatus ut supra doctum fuit etiam in possessorio, quia succedunt iure proprio Priol. decis. 115. n.° 18. 19. et 20. cum seqq. consequenter non verificantur d.ae litterae Apostolicae quia concurrente d.o infante ut iuris est d.us R. D. Carolus Octavius Vandonus non remanet praesentatus a medietate Patronorum cum unam tantum meruit vocem ex tribus.

Reliqua quae ex adverso allegantur cum ex facto resolvantur vel nullius sint substantiae, concludendum est, quod si ratione iudicii summarissimi sive ratione plenarii petitorii procedatur, id resolvendum sperat favore R. D. Caroli Mauri Pagani qui summarissimum et plenarium iustificavit in eius favore.

Ruvere

FONDAZIONE MARAZZA

Laus Deo Omnipotenti
et
Divo Gaudentio

Restrictus facti et Juris

Per obitum R. Pbri Josephi Bertolini vacat Parochialis
Ecclesia Plebania noncupata Terre Gattici sub
titulo S.S.rum Cosme et Damiani, de iure patron:
:atus Nobilium familie de Gattici, et Comitibus Castri
eiusdem denominationis; quorum unus occasione
precitate vacantie, nimirum D. Joes Carolus iure
proprio, et deinde nomine Joannis Baptiste Nan:
:eri eius filii infantis, nominavit, et presentavit
R. Presbiterum D. Maurum Paganum, alter vero,
scilicet R. Clericus D. Ignatius Franciscus nomi:
:navit, et presentavit R. Pbrum D. Octavium Van:
:donum; cuius causa queritur an collatio precitate
Ecclesie debeat d.o R. D. Octavio seu potius d.o R.
D. Mauro Pagano.

Et pro affirmativa censeras favore d.i R. D. Pagani
quia habet duo vota, quod neutiquam verificabitur
ab Adversante, cum ab uno tantum fuit presenta:
:tus. Etenim qui habet plures voces de iure
consequitur beneficium Rot. coram Cavaler decis.
368. et decis. 427. ubique n.o 5.o quas refert
Pirol decis. 175. n.o fin.

Maxime quia impugnari nequit, ius, et possessio dicti
D. Jois Caroli presentantis D.num R. D. Paganum quan:
:doquidem, cum pluribus presentationibus ultimum

FONDAZIONE MARAZZA